



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1675. usque ad annum 1681

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119207

§. 23. Novi tumultus in Anglia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67305)

Sæc. XVII. prælegatur, festaue promulgentur, &
A. C. 1675. Parochi saltem bis in hebdomada Mis-
 sam pro Parochianis suis vivis & de-
 functis celebrent, & post ultimam col-
 lectam pro Episcopo orent. Insuper
 statuit, ut Religiosi ad populum di-
 cant, non autem ea hora, quâ Concio
 vel Catechesis in Parochia habetur, &
 in Parochorum subsidium ad remotio-
 res Ecclesias excurrant, & ibidem Ca-
 techisent, Ludimagistri vero, ut cum
 juventute sua eo diligentius Catechis-
 mo intersint, omni gaudeant immuni-
 tate & ab omnibus oneribus publicis
 exempti sint. In secunda autem Sy-
 nodo Episcopus duntaxat priorum Con-
 stitutionum observantiam inculcavit,
 monuitque, ut pro avertendis pluviis
 & infectis sementem depascentibus, &
 pro felici exitu belli, *licet successus ar-
 morum Episcopatum hucusque felicissimi
 essent*, fervidæ ad Deum preces fun-
 derentur.

§. XXIII.

Novi tumultus in Anglia.

Rapin Thoir.
Hist. d' Angl.
lib. 23. Interim in Anglia utriusque Curie Se-
 natores Carolum II. Regem populo
 suo exosum reddere intenti, in primis
 omnino curis habebant, ut omni data
 occasione in vulgus spargerent, Regem
 domis

Sæc. XVII.
A.C. 1675.

dominium a Parlamento haud depen-
dens sibi vindicare, ac religionem Ca-
tholicam in Regnum invehere, oppido
studiosum esse: se igitur ad præcaven-
dum utrumque malum pro Ecclesiæ ac
Regni securitate imperterriti Studio
accensos simulabant, hancque in rem
tot edicta, totque consilia cudebant,
ut Episcopi, ac Procerum nonnulli
haud temere suspicarentur, hosce Vi-
ros nil aliud machinari, nisi ut sensim
leges pro Regis auctoritate, & Eccle-
siæ tranquillitate hucusque sancitas
everterent, & denuo Rempublicam &
Presbyterianum regimen inveherent.
Hisce ergo machinationibus, ut obi-
cem poneret, Lindseyus Comes in
Procerum Curia petiit, ut omnes, quo-
cunque demum fungerentur officio ju-
rare tenerentur, *se credere, quod illicitum sit, sub quocunque prætextu arma contra Regem sumere, ac proditione tumidam esse doctrinam, quod Regis auctoritate contra ejus Personam aut illius Deputatos cuiuspiam arma sumere liceat, simul etiam jurarent, quod nullo pacto Status aut Ecclesiæ regimen immutare velint.* Adversus hoc juramentum superioris Curiae Patres indomitis furiis tumultuari cæperant. Hæc mutua altercatio inter Episcopales & Presbyterianos septendecim omnino dies tenuit; afferuntur
utrin-

Sæc. XVII. utrinque rationum momenta, propug-
 A. C. 1675. nant Episcopales hanc propositionem:

Ex Regis auctoritate licet arma sumere
contra Regem, ejusque Deputatos, esse
falsam, & perniciosam, idque patere
ex iis, quæ regnante Carolo I. non sine
Status & Ecclesiæ eversione gesta es-
sent, hoc ergo juramentum omnino
necessarium esse ad distinguendos fa-
naticos, republicistas, & Ecclesiæ ho-
stes, quibus Regnum inundatum esset,
ne denuo reviviscant mala olim Regno
adeo exitiosa. E contrario Senatores
defendebant, juramentum de non im-
mutando Ecclesiæ vel regiminis statu
juxta Grotium a Christo Domino Matth.
5. v. 34. esse prohibitum, in limitato
autem regimine, quale est Anglicum,
necessariam esse hanc doctrinam, licet
ex auctoritate Regis arma sumere contra
Regem, secus subditorum libertas & jura
traderentur Regi fors tyranno, qui Dei
præcepta, & hominum oppositiones
floci habens, cunctas leges abolere,
suisque subditis bona & libertatem eri-
pere posset, quin subditi, juxta hoc ju-
ramentum prohibiti tyranno resistere
possent, sed colla sua imposito huic jugo
subdere tenerentur. Imo etsi Rex non
esset talis tyrannus, accidere tamen
posset, quod a propriis suis subditis in
vincula conjiceretur, prout Henrico III.

✱

& VI. contigit, tunc vero, qui Regem Sæc. XVII.
captum tenent, ejus nomine & aucto- A. C. 1675.
ritate contra eum agere possent, quin
fideles ejus subditi illum a captivitate
eripere valerent, a juramento prohi-
biti, proin hoc juramentum variis li-
mitibus esse coarctandum censebant,
nisi omnes Regni libertates Regi im-
molare intenderentur. Verum hoc ne-
gotium per aliud gravius dissidium
inter utramque Curiam exortum in-
terrumpebatur.

§. XXIV.

*Gravis molestia per aliquem Apostata-
tam Catholicis irrogata.*

Iniquissimo Catholicis tempore quidam Bibl. Franc.
tom. 25.
Samuel hist.
Chron. t. I.
Gallus perditæ vitæ Juvenis Londini
ejurata fide vera ad Anglicanam sectam
defecerat. Hic nomine Hyppolitus
Chateletus Belcastriensis cujusdam
Gallici Comœdi Filius Parisiis Profes-
sore P. Saintgermano Jesuita studiis va-
cabat, & juvenis adhuc anno hujus
sæculi sexagesimo sexto regulare insti-
tutum in Congregatione Patrum do-
ctrinæ Christianæ professus, aliquam-
diu humaniores literas tradebat, postea
vero non sine applausu in Provincia
sermones ad populum habebat: Anno
autem Christi millesimo sexcentesimo
Hist. Eccles. Tom. LXIV, D se-